ANIMADVERSIONES

Ad

Dissertationem inauguralem

Qua

Differentias juris Romani & Germanici,

in

HAGENSTOLZIATU,

Exule in Germania, Latii partu L. Juliæ & Papiæ Poppææ

PRÆSIDE

JOAN PETR. de LUDEWIG


Ex Latii & Germaniæ antiquitatibus eruit respondit que ad capessenda Doctoris privilegia

M. VALENTINUS GRAEFE,

Francobusa Thuringus.

ANNO MDCCXXVIII.





POsteaquam præside Dn. Joan Peter de Ludewig Fridericianæ Prorectore &Cancellario, anno superiori, Halæ Venedorum, M. Valentinus Graefe ad capessenda doctoris privilegia, dissertatione inaugurali, *differentias juris Romani & Germanici, in Hagenstolziatu, exule in Germania, Latii partu L. Julia & Papia Poppaa, ex Latii & Germania antiquitatibus eruit respondetque*, dictum tamen Hagestoltziatum, vel ut Domini disputantes scripsere, Hagenstolziatum in Germania exulem, & Latii partum esse, eo magis certe dubitandum, quo dictæ differentiæ potius contrarium svadent, & in diversis imperii nostri provinciis ejusdem antiquitas ac hodierna adhuc observantia, & lippis atque tonsoribus notissima est, ac qvum præeunte Imperatore Constantino M. Romanorum summus legislator Imperator Justinianus dictam abolevit legem, ne quidem præsumendum, suos Hagestoltziatum nihilominus inter Germanos ex hac lege habuisse natales, nisi eosdem & abragatas ac abrogantes promiscuè Romanorum suscepisse leges, & tunc demum temporis, quo leges romanæ Germanorum invasere academias, scabinatus & judicia, Hagestoltziatum esse exortum, statuere velint. Sed quemadmodum partus nonnunquam suppositius esse solet, sic etiam ex præconcepta hac opinione, patriæ potius illuserunt jurisprudentiæ Romano-Germanicæ, quam Hagestoltziatus non obstante, manifestissima ejusdem notorietate præ ænigmate atque fabula haberi poterit. Siquidem nonsolum majores nostri sub pœna caducitatis relictæ hæreditatis, principum fisco cedendæ, cœlibatum ultra diversos hoc nomine cohibuerunt annos, sed & in diversis adhuc consvetudo hæc obtinet provinciis. Uti etiam tantum abest, omnes fere Jureconsultos ut principum thesau-

 ros

ros novo irrigare possint rivulo, in eo credendo fuisse faciliores, ut potius eosdem etiam pro illorum incrementis & olim naviter sollicitos fuisse, ac etiam nunc acriter decertare, atque sic civium suorum libertatem pessundare, pro calumnia haberi meretur. Quandoquidem & quoad hoc argumentum, æqua & principum atq; subditorum trutinaverunt lance commoda, & nemo sanæ mentis ex illorum hactenus prodiit schola, qui præter Dominos disputantes, calumniosis hisce imputationibus præceptores suos denigrare adausus est, nisi tanquam cœcus de colore, & de hoc ferre voluerit argumento judicium, vel in solum sui principis subditorum interesse contra alium ejusq; regalia malè sanus somniavit sycophantias, quas in casu inverso, ipsus porcul dubio adversus exteros derisisset., si insuper Hagestoltziatum monstrum barbarum dixerint. Quare etiam disputantium ita dictæ argutiæ ac rationes, quibus illud confodere & ê republica patria perturbare nituntur, nullius plane sunt momenti, sed nonnisi risum obmovere potuit sanioribus, tantos pugilatores illud non jam dudum, sed occasione cujusdam casus forensis primum confodere, & ê republica patria exturbare voluisse, qvum tamen eorundem potestas ultra pulverem academicum se non extendat, multo minus aliarum provinciarum consvetudines, suis argutiis & rationibus insanis tollere queant. Siquidem & alii non minoris nominis, auctoritatis & prudentiæ JCti hujus pœnæ causas Germanorum moribus, indoli atque genio minimè esse adversas certissimi sunt, nec dictam legem omni ævo inconcinnam fuisse crediderunt; & quemadmodum cælibatus quam plurimis aliis etiam gentibus valdopere fuit exosus adeoq; dicta lex non soli Latio fuit propria, sic & Hagestoltziatus pro crimine ficto non haberi poterit, nec ex subjectis juris romani & germanici differentiis, verum esse, quod Dn. disputantes adfirmaverunt, constabit.

§. II. Quod enim *differentiam primam*, & prætensam veterum Romanorum attinet infœcunditatem, admodum infœcundum præbet argumentum, quandoquidem si tanta laborassent Romani sterilitate, leges connubiorum naturales non adeo restrinxissent, secundas nuptias non prohibuissent, nec tanta man-

cipio-

cipiorum multitudine, quæ veluti bruta tenuiſſimo victu laboribus adſcripſerunt perpetuis abundaſſent. Præterea etiam continua cum aliis populis gesſerunt bella; & multa millia ſæpius perdiderunt, imo intra centum & quadraginta annorum decurſum à Veſtrogothis Oſtrogothis Herulis Vandalis Hunnis & Longobardis ſexies oppugnata, occupata & deſolata fuit urbs Romana, ac nihilominus tantam orbis terrarum partem in ſuam redegit poteſtatem, ut etiam paſſim caput orbis terrarum appellata ſit, quod ſanè à ſterilibus & infœcundis fieri non potuit. Ut ut tempore Auguſti cœlibes juxta Dionem *Lib.* 56. maritis numero fuere ſuperiores. Et quemadmodum connubiorum ſemper maximi fuerunt patroni, ne potius ſpuriis ac vulgo quæſitis cum maximo aliarum gentium contemtu conſtarent. Sic & ipſi confitentur diſputentes, juventutem Romanam vagæ libidinis cupidiſſimam connubia fugiſſe, adeoque legislatore opus fuiſſe, qui cum cœlibatum cohiberet, tum matrimonia nunc præmiis nunc pœnis commendaret adoleſcentibus. Ac ut nonſolum copioſa & præſertim maſcula procrearetur ſoboles, ſed etiam ut vivida atque ſana eſſet Romani ſtrenue operam dederunt. Sic & Romanorum leges de diverſa liberorum quantitate, & quod alii tres, alii quatuor alii quinque imo duodecim habuerint, mentionem faciunt, quibus patres diverſas etiam à muneribus acquiſiverunt immunitates. Unde etiam Romanorum ſterilitas vix pro cauſa ſupra dictæ legis haberi poterit, & poſito eorundem etiam acceſſiſſe infœcunditatem, Germanorum vero uteros omnino fuiſſe fœcundos, & incolarum multitudine adeo laboraſſe, ut etiam excurſionibus & crebra coloniarum in alias orbis provincias emigratione opus fuerit, unius tamen rei atque legis plures eſſe poſſunt cauſæ, nec, quod ob Germanorum fœcunditatem, apud eosdem ad procurandam ſobolis multitudinem, legibus unquam locus vel cauſa fuerit, ſequitur illos etiam propterea Hageſtoltziatum non inhibuiſſe. Siquidem Germania tunc temporis nonſolum maximam partem fuit inculta, ſed & per varias emigrationes & colonias incolis exhauſta fuit, illasque non ob eorundem ſuperabundantiam, ſed ut bellicoſum ſuum potius exercerent animum, & terras aliarum gen-

gentium jam excultas quærerent, susceperunt. Et cum adeo felici hoc fieret successu, ut universam sibi fere subjugaverint Europam, tanto magis ad procreandam sobolis multitudinem & inhibendum Hagenstoltziatum habuere causam, unde tota jam à Germanis fere regitur Europa, cum aliis orbis partibus. Licet etiam quoad *differentiam secundam* Romana juventus, uti & Germanorum filii adhuc hodie assolent, vagæ potius indulsit libidini, popterea tamen Romanos à fœdere connubiali abhorruisse, ex eorundem legibus connubialibus non apparet. Et quanquam etiam ne eorundem juventus in vulgivaga hac libidine persisterent, adeoque filias suas eorundem relinquerent insidiis, hæ vero innuptæ manerent, ad rite subeunda matrimonia, per varias leges capistrum potius imposuerunt juvenibus, Germani vero præ aliis gentibus singulari pudore fuerunt celebres, nihilominus tamen Hagestoltziatum prohibere, potuerunt, ne juventus post annos ad matrimonium determinatos, ipsa natura duce itidem vulgivagam quæreret libidinem, unde etiam connubia potius quam cœlibatum coluerunt, & cœlibem pro monstro habuerunt. quare etiam ex hac differentia nullum exsurget argumentum Hagestoltziatum in Germania fuisse exulem.

§. III. Et quæ qualis quanta, juxta *differentiam tertiam*, cœlibes apud Romanos ob testamenti factionem à heredipetis & captatoribus variis ad tumulum mactati sunt beneficiis, apud Germanos vero de bonis testari nefas fuit; Ergo nullam etiam ad cohibendum Hagestoltziatum habere causam. Baculus stat in angulo. Ergo cras pluet, & quemadmodum ipsi etiam Romani contra heredipetas & captatores aliarum hereditatum varias tulerunt leges, Germani vero suas hereditas ab intestato reliquerunt, sic & nequidem fingi poterit, hosce propterea nullas alias ad prohibendum Hagestoltziatum habuisse causas, vel eundem plane non interdixisse. Et idem etiam quoad *differentiam quartam* de privilegiis & pœnis quibus Romani ab Hagestolziatu avocati sunt, erit judicium, ac pacta de non nubendo ultra genitorum, primogenitura, apanagio, cum interdictis ne milites sacri imprimis ordinis, canonici clerici & sacerdotes matrimonia contrahant, in Germania nunquam ad cavendam nimiam

miam

miam familiarum multitudinem excogitata sunt, sed longe alias habuerunt caussas, etiamsi hæc nonnunquam accesserit, sed nihilominus ibi Hagestoltziatus non omni ævo fuit innocuus. *Differentia autem quinta*, & qood L. Julia, Papia & Poppæa dogmatibus Christi inimica, prorsus absurda est, & Imperatores Constantinum magnum ac Justinianum L. Juliam Papiam & Poppæam ob Christianismum expunxisse, eo minus est credibile, quo illis temporibus dogma pontificium de præferendo coelibatui matrimonio iam invaluit & merum pro ratione sui temporis Apostoli consilium pro dogmate habuerunt. Et quemadmodum Apostolus 1 Cor. IIX, 1. quidem, bonum esse homini ut mulierem non attingat, dixit, ipse vero Creator Gen. II, 18. hominem solum adeoque coelibem esse, לאטוב non bonum esse pronunciavit, sic & dictum Apostoli consilium pro dogmate Christi non habendum, ac disputantes quam maxime in vindicando coelibatu papizant, & sibi metipsis denique contradicunt, dum hominem cœlibem æque in vitio esse, quam arborem infrugiferam credunt, & ad illud Creatoris Multiplicamini, nec non ad membra genitalia quæ Deus & natura non frustra fecit, provocant, imo ipsum Apostoli consilium aliter explicant, & ejusdem συμφέρς ad minorem cœlibum calamitatem saltem referunt, virginitatem monialium vero apud Christianos adhuc receptam, paganismo adscribunt, uti & votum cœlibatus cum Christiana libertate, in qua persistere jubemur quam maxime pugnat, adeoque Hagestoltziatus eo magis prohibendus. Unde etiam Christianismus pœnam Hagestoltziatus apud Germanos non expunxit, sed in suo potius vigore reliquit, & male exinde quod eundem non expunxerit arguitur Hagestoltziatum propterea apud eosdem fuisse exulem, siquidem & hodiernus Christianismus cum ipsa nostra jurisprudentia quam plurimis papatus & paganismi laborat reliquiis quarum itidem existentia & quod non sint prohibitae negari non poterit, adeoque & Hagestoltziatus pœnam in Germania semper exulavisse, & Hagestoltzios jure Germanico semper fuisse impunes gratis potius fingitur.

§. IV.

§. IV. Quod si etiam juxta *differentiam sextam* Hagestoltzii nomen apud Germanos, non fuit criminosum, nonsolum tamen non nomen, sed & rem ipsam in usu habuerunt, & neutrum in exilio fuit, & cœlibem non universim, sed qui ultra certos annos in cœlibatu adhuc fuit, denotavit, utpote qui aliis maximo semper fuerunt opprobrio, & juxta ipsos disputantes pro trunco sine palmite atque stulto habendi. Et posito Hagestoltzium apud Germanos neque scelestum aut criminosum fuisse, minime tamen sequitur, & proinde Hagestoltziatum quoad eosdem fuisse in exilio. Et quemadmodum pœnæ etiam dantur civiles & non criminales, non etiam semper delicta sunt, quæ puniuntur, sic & Hagestoltziatus pro crimine proprie dicto vix venditari poterit & aliorum relinquo judicio an Dn. disputantes vel alii non minus viri docti, de etymo verbi Hagestoltzen nugas vel deliria atque commenta vendiderint; Nec Hagestoltziatus quatenus delictum vel pœnam etiam civilem meretur, nomine iuris appellatur sed Hagestoltzen-Recht potius suam denominationem ex jure Principis & quod eorundem bona post mortem fisco cedant, habet, uti etiam datur Baar-Recht, Man-Recht, Send-Recht, Cent-Recht & similia apud Schottelium quamplurima, etiamsi delicta itidem complectantur & non nisi â pueris hæc nomina iisdem denegari possunt. Et ubi hoc Hagestoltzen-Recht vel per leges aut consvetudinem receptum, nullum etiam est dubium quim ibidem in violatores animadvertant, & cujusvis loci codices commonstrabunt, etiamsi ad annales Germaniæ universales non relatum, siquidem inter Germanos quam plurimæ pro diversitate provinciarum occurrunt consvetudines, quas ad annales publicos non retulerunt. Unde etiam quod Hagestoltziatus in criminalis jurisprudentiæ historia non occurrat, minime arguere licet, illum semper in exilio, fuisse, sed eundem potius nunquam in crimine fuisse. Et si centum & plurimis abhinc annis de hoc argumento & ficto incantamento, in aliquibus Germaniæ provinciis atque locis innunera in foris disputata sunt problemata, nullum est dubium quin in iisdem etiam locis vel leges vel consvetudines occurrant, licet in tota Germania non univer-

sali-

ſaliter proſtant, proindeque non mirandum quod in hiſce ante reformationem ejus rei nec vola & veſtigium extet, ut ut nullum ſane eſt dubium, quin & in illis locis ubi etiamnum viget, tunc etiam temporis fuerit in uſu. Sit etiam Hageſtoltziatus parentem leguleium quendam fuiſſe romanum, dum eo ipſo, illum fuiſſe non exulem conceditur, hocce vero cœlibum votis bella indicendo ac Latii legibus jam abrogatis in patria noſtra abutendo ad locupletandum principis fiſcum eſſe factum, nec alias habuiſſe cauſas, eſt opinio quæ omni adhuc deſtituitur probatione, calumnia atque figmentum.

§. V. Denique etiam in *differentia ſeptima* quidem, deſideria reipublicæ populoſioris jure Romano pro cauſa legis pœnalis contra cœlibatum habentur, verum Dn. diſputantes ipſi, vulgivagi etiam amoris ſtudium & romanorum cum univerſo fere orbe geſta bella, itidem addunt, ac licet per hoc etiam reſpublica evadit populoſior, legitimos tamen potius habere conati ſunt liberos, & ob easdem procul dubio rationes, non tributorum ergo nonnulli Germanorum olim etiam Hageſtoltziatum prohibuerunt, utpote quæ tum temporis apud eosdem non adeo fuere recepta, nec ad hodiernam acciſiam quadrant, licet Klockius Tr. *de ærario L. II. Cap.* 141. *n.* 80. *ſeqq.* & adulterium atque cœlibatum ærario pœnas luere debere exiſtimavit. Et cum pœna Hageſtoltziatus in Germaniæ diverſis provinciis, adhuc hodie uſitata, vix pro exule in Germania ac imprimis in ducatu Brunſvicenſi archi palatinatu Rheni, Haſſia & Svevia ob cauſas omnino ſingulares haberi poterit, licet in aliis locis ignota eſt, nec in ſpeculo Svevico & Saxonico ac legibus antiquis, capitularibus, & tabulariis occurrat, ſiquidem & ſupra dictæ provinciæ non minores Germaniæ partes ſunt, Germani etiam in quam plurimis atque diverſis olim conſiſtentes populis, non easdem utrobique habuerunt leges. Et cuicunque adſcribatur cauſæ, ſufficit eundem indictis locis adhuc hodie obſervari. Sic & præſtare Hageſtoltziis annuum cenſum imperare vel mortuos viceſimare, aut heredum gradus reſtringere, alii valdopere dubitabunt de illis provinciis, ubi ſimilia nunquam fuere recepta, & figmentum eſt defunctos Hagenſtoltzios in infimæ deprimi

B ſer-

servitutis sortem, & ubi veteri Germaniæ, herede scripto vel propinquo carere probrosum fuisse legitur non apparet, sed veteres Germani potius heredes scriptos & testamenta non habuerunt, nec suntili adscriptitiorum tegumento sed ex aliis causis Hagestoltziorum hereditates fisco adscripserunt, unde etiam disputantium cura ficto hoc errore patriam liberandi prorsus frustranea est, nec Hagestoltziatum ê templo patriæ themidos felici sidere ejecerunt, sed quilibet sanæ mentis lector potius confitebitur argumenta corollarium politicum, expedire reipublicæ Hagestoltzios pœna compescere adfirmantium longe majoris quam negantium & adjuncti Responsi esse ponderis.

§. VI. Et quemadmodum Serenissimus gloriosæ memoriæ Princeps D. Antonius Ulricus Dux Brunsvicensis & Luneburg. nonsolum Henrici Heseleri, sed & aliorum vota cum prima conjuge secunda, post quinquagesimum matrimonii annum singulari mactavit sæpius gratria, sic & tantum adest in unius familiæ ea ubatate & posterorum copia, Germanos nihilominus rempublicam velle populosiorem, quandoquidem Germania incolis plane non abundat, & quemadmodum tot millia reformatornm ex Gallia olim recepit, sic & plures adhuc advenire hactenus optavit ex Helvetia videmusq; in Landgraffiatu Cassellano, quam difficile sit novam civitatem, licet in loco ad quælibet negotia apto exstructa, novis instruere incolis, uti & civitates Brunnicenses cum ipso ducatu longe majorem adhuc desiderat populositatem, adeoque Serenissimus AUGUSTUS WILHELMUS de invetarata Hagestoltziatus consvetudine, sequentem publicavit constitutionem.

Von Gottes Gnaden wir AUGUST WILHELM, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg, &c. Fügen hiemit jedermänniglich zu wissen: Demnach wir vernehmen müssen, welchergestalt wegen des in Unsern Landen von Uhr alten Zeiten hergebrachten so genandten Hagestoltzen-Rechts, vermöge dessen derer in ohnverehlichten Stande sterbenden Junggesellen Verlassenschafften, Unserm Fürstl. Fisco anfallen bey denen bishero vorgekommenen Fallen allerhand Irrungen, so wol über das Alter derer Hagestoltzen, und nach welchen Jahren jemand vor einen Hagestoltzen zu achten, als auch ratione qualitatis personarum & bo-

bonorum, so unter sothanes Recht zu ziehen, erwachsen, Wir aber nöhtig gefunden, solchen durch eine besondere Constitution abzuhelffen: So setzen, ordnen und wollen Wir hiemit gnädigst, dass wann in unsern Städten, wie auch auf den Lande jemand nach zurück gelegten funfftzigsten Jahre ohnverheyrahtet mit Tode abgehet, alles, was derselbe, ausser abstammlicher Erbschafft, in seinem Stande, Nahrung, Getrieb und Arbeit erworben, erlanget und erspahret, oder sonst durch besondere Glücks-Falle ihm zugestossen, an beweg- und ohnbeweglichen, erhandelten und erkaufften Güthern, auch an ausstehenden Schulden, Baarschafften, Haus-Geräthe, und alles, was desselben eigen, auch von ihm, aller Muthmassung nach, erworbenes Guth ist, Unsern Fürstl. Fisco anheim fallen, und wann ein solcher gedachtes Hagestoltzen-Jahr zurück geleget, demselben weiter nicht zugelassen seyn solle, durch ein Testament oder andern letzten Willen seine Güther an seine Bluts-Freunde noch an andere zu vermachen, oder zum Nachtheil Unsers Fisci zu verschencken. Jedoch sollen von diesem Hagestoltzen-Rechtn die von Unser Ritterschafft, wie auch unsere Geistliche- und Militair-Bediente, künfftig eximiret bleiben, auch solches Recht auf des Verstorbenen von seinem Eltern und Vorfahren ererbete, wie auch auf die Lehn-Güter nicht extendiret werden, als welche desselben nächsten Bluts-Freunden, nachdem selbige die Qualitæt der hinterlassenen Güther klar erwiesen und ohne weitläufftigen Process, vermittelst kurtzer Erläuterung darüber unsere Decision ertheilet worden, ohnweigerlich zu verabfolgen seyn. Wir befehlen demnach Unsern Fürstl. Justitz-Collegiis, auch allen Magistraten, Ambts-und Gerichts-Obrigkeiten, so unsertwegen in unsern gesammten Städten und Landen zu befehlen haben hiemit ernstlich, über diese Verordnung mit Nachdruck zu halten, auch wann dergleichen Falle sich ergeben, sofort in Unsern Nahmen die Versiegelung der erledigten Verlassenschafft zu verfügen, demnächst solches ohngesäumt an Uns oder Unsere Fürstl. Geheimbte Raht-Stube zu melden, damit hierunter das nöhtige weiter verordnet werden möge. Solte aber wider unser Vermuhten von denen Magistraten, Ambts-oder Gerichts-Obrigkeiten disfals die Pflicht-schuldige Vigilanz, und Beobachtung Unsers Interesse verabsäumet werden, haben dieselbe, wann es über kurtz oder lang bekandt wird, den durch ihre Nachlässigkeit Uns verursachten Schaden, ohne Ansehen der Persohn, aus dem Ihrigen

gen

gen zu ersetzen. Damit nun diese Unsere Verordnung aller Orthen desto besser kund vverde, und keiner mit der Unvvissenheit sich entschuldigen möge; So haben vvir solche durch öffentlichen Druck zu publiciren, und gevvöhnlicher Orthen anschlagen zu lassen befohlen. Uhrkundlich Unsers Hand-Zeichens und beygedruckten Fürstl. Geheimbten Cantzeley-Secrets. Geben in Unser Vestung Wolffenbüttel, de 17 April. 1727.

§. VII. Quibus jam præmissis, & Dn. Plathnerus *Quæst. jurid. polit. Cent. I. qu. 15.* rectè etiam comprobavit, jus succedendi in bona cœlibum, *das Hagestoltzen-Recht*, legale habere fundamentum, siquidem hoc quoad speciem actus ad matrimonium & procreationem sobolis meminem cogit, sed quemadmodum suam cuiq; relinquit libertatem, & tantum de cœlibum bonis post eorundem mortem disponit, sic & non minus meri exercitii est, ac illud summi creatoris; *crescite & multiplicamini*, & qui in cœlibatu persistunt, plerumque non tam dono continentiæ admodum raro gaudent, quam ob alias causas matrimonium respuunt minime sufficientes, ac posteaquam subditis aliorum Principum per Hagestoltziatum jus seccedendi non subtrahitur, nec in eorum persona defuncti cœlibatus punitur, siquidem jus succedendi in bona vacantia, quorum dominium ipso statim jure, cum defunctus moritur ad fiscum transit, nec in hoccasu, ac si hic maritus fuerit non habuerunt, & quum præterea etiam jus Hagestoltziatus ad Principis fiscum & regalia pertinet, hæc autem JCtorum censuræ privatæ non sunt subjecta, sed de ejusdem potestate disputare instar sacrilegii est *L. 2. C. de crim. Sacrileg.* adeoque Serenissimus AUGUSTUS WILHELM in causa Frandorffiana decrevit: *Weil Krafft der in Unsern Landen von alten Zeiten hergebrachten Gevvonheiten, Unser Fiscal das Hagestoltzen-Rech exerciret, und dazu vveiter nichts erfodert vvird, als dass eine Mannes-Persohn das funffzigste Jahr in cœlibatu überlebet; Wir auch diese von Uns und Unsern Vorfahren an der Regierung beständig exercirte jura fisci der Rechts-Gelehrten Censur untervvürffig zu machen nicht gemeinet sind. So kan Supplicantens Suchen nicht deferiret vverden. Wolffenbüttel den 24 Maji 1725.* Eo magis certe Responsum illud anonymum, quod

quod Dn. disputantes dissertationi loco appendicis addiderunt, miror, quo eadem, nec saniora fovet principia, adeoque varias itidem animadversiones meretur, quandoquidem absonam Dn. Wernheri *de jure Hagenstoltziatus dissertationem*, nuperrime jam Dn. Kressius *in Dissert. Jur. Germanici de Jure Hagestoltziatus* optimè refutavit, & supra dicta Serenissimi constitutio, quoad personarum & bonorum qualitatem omne jam sustulit dubium, & quanquam alius bona avita, iis exceptis quæ nexu feudalitio aut fideicommissario familiæ quadantenus destinata non majorem, imo minorem quoad jus Hagestoltziatus habere favorem, quam acquisita, sine omni existimavit ratione, bona tamen avita quæ maximum præ ceteris in jure habent favorem exemit, ac perantiqvum illud jus Hagestoltziatus per dictam constitutionem clementissimè moderavit. Imo tantum abest, Serenissimum principem rivulo Frandorffiano suum irrigare voluisse thesaurum, ut etiam ejusdem bona actutum piis usibus destinaverit & plerumque Hagestoltziorum bonis vacantibus non ipse utatur. Et posteaquam Potentissimum Borussiæ Rex defuncti Frandorffii agnatis ejusdemq; subditis ad Serenissimum Ducem Brunsvicensem sequentes dedit Intercessionales: *Unsere &c. Wir können nicht umbhin Eure Durchl. hierdurch Freund-Vetterlich zu erkennen zu geben, was massen Dero zu Braunschweig ohnlängst mit Tode abgegangenen Hoffraht Frandorff nachgelassenen Erben ab intestato, welche grossen Theils unsere angebohrne Unterthanen sind, gar inständig bey uns angesuchet und suppliciret, dass Ew. Durchl. entschlossen wehren besagten Frandorffs Verlassenschafft, vermöge des in den dortigen Landen hiebey vor etwan üblig gewesenen Hagestoltzen-Rechts zu Dero Cammer zu ziehen, wir durch Unsere bey Ew. Durchl. einwendende Intercessiones dahin zu vermitteln bemühet seyn wolten, dass Ew. Durchl. von solcher an diese Erbschafft machenden Prætension genereusement zu desistiren, und denen Supplicanten ohnverkürtzet selbige abfolgen zu lassen geruheten.*

 Da

Da nun dergleichen Hagestoltzen-Recht in Unsern Landen nicht bräuchlich, und nun Wir respectu Ew. Durchl. Unterthanen selbiges einführen solten, der Schade vor Ew. Durchl. dabey grösser seyn vvürde, als die vvenige Einkünfte so Sie in Ansehung Unserer Unterthanen daraus haben könten, nicht importiren; Als leben vvir billig der guten Hoffnung, ersuchen auch Ew. Durchl. hiedurch Freund-Vetterlich, Sie vverden und vvollen die Supplicanten mit mehrbemeldeten Jure Hagestoltziatus gäntzlich übersehen, bevorab da Ew. Durchl. nach Dero hohen Begäbniss, leicht von selbst befinden, dass durch dieses Recht, frembder Herren Unterthanen ihre Jus succedendi nicht entzogen vverden könne, indem dieselbe, an des defuncti cælibat keinen Theil gehabt, auch annoch die Frage ist; vveiln niemand vvider seinen Willen zu heyrahten nach göttlichen und natürlichen Rechten gezvvungen vverden mag; Ob und vvie vveit der uneheliche Stand sonderlich in der Persohn eines Tertii mit Recht bestraffet vverden könne. Wir promittiren uns von Ew. Durchl. bekandten æquanimitet, Sie vverden solches alles in hochvernünfftige Consideration ziehen, und dannenhero auch umb so viel eher, denen Supplicanten allen ervvünschten Effect, von diesen Unsern Vorvvordt erfreulich angedeyen lassen, vvelches vvir mit verbindlichen Danck erkennen, und Ew. Durchl. dahingegen, vvie auch sonst zu Ervveisung dergleichen und andern angenehmen Gefälligkeiten stets vvillig und geflissen verbleiben vverden. Berlin de 19 May 1725.

Serenissimus Dux Brunsvicensis itidem respondit sequentia:

Evv. Königl. Majest untern 19 May an Uns erlassenes Schreiben, betreffend die zu unsers verstorbenen Hoffrahts Frandorff Verlassenschaft sich angegebene Erben, ist uns von diesen am 16 hujus allhier eingeliefert vvorden, und können vvir nicht umbhin Evv. Königl. Majest. in Dienstfreundlicher Antvvort zu vermelden, vvie das Hagestoltzen-Recht von

Uns

Uns und Unsern Vorfahren an der Regierung von allen Zeiten bis auf diesen Tag beständig exerciret vvorden. Da nun der verstorbene Frandorff in cœlibatu als ein Hagestoltz verstorben und sovvol sein domicilium iu Unsern Landen zu Braunschvveig gehabt, als anch dessen Verlassenschafft daselbst befunden vvorden, mithin kein Zvveiffel ist, dass die Succession nach den hiesigen Provincial-Recht geschehen müsse, und darnach allein zu judiciren sey, nach diesen aber ein Hagestoltze, andre Successores, als den Fiscum nicht haben kan, folglich vvir nicht finden, vvie durch das Hagestoltzen-Recht frembder Herren Unterthanen ein Jus succedendi, als vvelches sie obangezogener massen nicht haben entzogen vverde, auch vveil die sich angebende Frandorffsche Erben, vvann der verstorbene sich verheyrahtet eine Frau oder Kinder hinterlassen, ad successionem ab intestato gleichmässig vvie jetzo nicht gelanget, dessvvegen mit Recht sich nicht beklagen möchten, ob vvurde des defuncti ehelicher Stand an ihrer Persohn bestraffet, Wir nicht sehen dass durch die Succession Unsers Fisci der uneheliche Stand in der Persohn derselben oder eines andern Tertii bestraffet vverde. Uberdem die Frandorffsche Verlassenschafft, vvie solches gemeiniglich zu geschehen pfleget ad pios usus bereits vervvand und destiniret vvorden. So haben vvir desfals vvie gerne vvir sonst gevvolt hätten, denen Frandorffschen Erben in ihren Gesuche nicht vvilfahren können. Gleich vvie vvir aber Uns jederzeit angelegen seyn lassen, Evv. Königl. Majest. Verlangen in allen Stücken nach Mögligkeit ein Genügen zu thun und dadurch Unsere Beständige vor Ihro begende Dienst-Begierde an den Tag zu legen; Also haben vvir auch nicht geschehen lassen können, dass die von Evv. Königl. Majest. Rückbringern dieses, Dero Secretarius Frandorff ertheilten Vorschrifft gäntzlich ohne allen Effects sey. Vielmehr haben vvir in dessen Betrachtung, und damit der Supplicant durch seine von Königsberg hieher gethane Reise nicht in gar zu grossen Schaden gesetzet vvürde, die Verordnunge ergehen lassen, dass demselben zu Bestreitung derer Reise, ein solches Gnaden-Geschencke, und auch ihme allevvege seiner anhero Reise gehabte Ausgaben sattsahm ersetzet, ausgezahlet vverden solle. Wir vvünschen künfftighin Gelegenheit zu haben Evv. Königl. Majest. in grosser Vollkommenheit darlegen zu können, vvie Wir zu Ervveisung aller unablassigen Dienste und angenehmen Gefälligkeiten jederzeit vvillig und geflissen verbleiben &c. Saltzdahlum d. 17. Jun. 1725.

AUGUST WILHELM.

§. Sic-

§. VIII. Sic & Serenissimus per rescriptum Cameræ Wolffenbüttelensis in allegato à Dn. Kressio *Diss. Jur. German. de Jure Hagestoltziatus Cap. III. §. X.* casu præfecturæ Jerxheimensis, dictis heredibus nonsolum ex speciali & mera gratia atque commiseratione quædam donavit, sed & reliqvum ad ædificationem ecclesiæ destinavit, & Rescriptum sequentis est tenoris. *Unsere &c. Wir haben ob euren untern 12. passato anhero erstatteten Bericht, sambt den Anschlusse in mehren vernommen, vvelcher gestalt die Verlassenschafft des im Decembri vorigen Jahrs allda verstorbenen 73 Jährigen Mannes und Hagestoltzen Christoph Jona, besage der von den Amts:- Richter Papen verrichteten Inventirung und gemachten Specification, nurten in verschiedenen auf 543. Thlr. lautenden Obligationen bestehe, hingegen aber dass an baaren Gelde nichts soll verhanden gevvesen seyn, auch dass bey 13 Persohnen als Anvervvandte und Erben sich dazu angefunden, vvelche aber mit einen abschlaglichen Bescheide versehen vvorden. Ob man nun zvvar es dabey lediglich bevvenden lässet; so haben jedennoch Serenissimi unsers gnädigsten Fürsten und Herren Durchlaucht, vielfältiges unterthänigstes supplicire n gnädigst resolviret, aus Commiseration (1) den Supplicanten Nicolaus John aus Braunschvveig, als nächsten sich angegebenen Anvervvandten von solcher Verlassenschafft 40 Thlr. Und dann (2) Annen Marien Knocken, Philip Knocken in Braunschvveig nachgelassener Wittvven 20 Thlr. vvie auch Justinen Marlenen Wilcken, und Arend Densen, dafern sich ihr in beykommenden Supplicato enthaltenes Vorgeben richtig befindet, 20 Thlr. Summa 80 Thlr. in Gnaden zu schencken, jedoch mit der Vervvahrung, dass dieselbe solches blosserdings als eine Gnade unterthänigst zu erkennen haben. Gestalt ihr dann obbenandten Persohnen so viel als auf obberegte 80 Thlr. an Obligationen gegen einen Schein und Quitung zu extradiren und verabfolgen zu lassen, vvas aber das übrige anbelanget, vveiln ob höchstgedachte Ihro Durchl. 400 Thlr. davon (massen das übrige, dafern sich noch mehrere befugte Prætendenten angeben solten, unter selbige zu vertheilen) zu den hiesigen neuen Kirchen-Bau zur heiligen Dreyfaltigkeit gnädigst verehret. Als habet Ihr denen Debitoren sofort nach Empfahung dieses eine Obligations-mässige Loskündigung zu thun, und euch so viel müglich angelegen seyn zu lassen, damit solche Gelder je ehender je besser erfolgen und anhero geliessert vverden möge. Inzvvischen vvird auch nöhtig seyn, dass um künfftiger Nachricht vvillen, die gantze Verlassenschafft in Einnahme und Ausgabe in denen Ambts Geld-Registern gefahret vverde. Wir versehen uns dessen und seynd Euch zu freundlicher Wilfahrung geneigt. Wolffenbüttel d. 2 May 1704.* Antea vero præfectus Jerxheimensis *d. 15 Mart. d. a. jam* decreverat. *Nachdem vvegen des allhier in Jerxheim verstorbenen* Schneiders *Christoph Jona Verlassenschafft dessen Anvervvandte zum Theil, als Anna Catharina Knochen, und Cornelius Herbst bey diesen Fürstl. Ambte abermahl sich angefunden und gebeten, Ihnen als nächsten Freunden, davon ihren Antheil zuzuerkennen und abfolgen zu lassen, derselbe aber als ein Hagestoltze gestorben, da er 73 Jahr alt gevvesen, und niemahls geheyrahtet gehabt. Als vvird hiermit zum Bescheide ertheilet, vveil allhier nach Anvveisung der Erb-Register das Hagestoltzen-Recht jederzeit gebräuchlich gevvesen auch bey allen Begebenheiten strictè observiret vvorden, dass sothane Verlassenschafft dem Fürstl. Ambte zugehöre, und* Sollicitanten *davon nichts zuerkandt, vielvveniger etvvas abgefolget vverden könne, und sie sich dahero desselben zu begeben haben.*

